sextam & nonam horā. & fec͂ similit͂.
Circa undecimā uero exiit. & inuenit
alios stantes. & dicit illis. Quid hic statis
tota die ociosi. Dicunt ei. Quia nemo
nos conduxit. Dicit illis. Ite & uos in
uineam meā. Cum sero autē factū
eēt. dicit dn̄s uineę procuratori suo.
Voca operarios & redde illis mercedē.
incipiens a nouissimis usq; ad primos.
Cum uenissent ergo qui circa unde
cimā horam uenerant. acceperunt
singulos denarios. Venientes autem
& primi. arbitrati sunt qđ plus eēnt
accepturi. Acceperunt autē & ipsi singu
los denarios. Et accipientes. murmu
rabant aduersus patrēfamilias di
centes. Hi nouissimi una hora fece
runt. & pares illos nobis fecisti. q
portauimus pondus diei & estus.
At ille respondens. uni eorū dixit.
Amice. non facio tibi iniuriam.
Nonne ex denario conuenisti mecū.

M Theol 103